UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o octaua

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

nuncupatur. Tu aũt. Lcõ ix.
Qui lacus interfluente Jor-
dane cẽtum quadraginta ſta
dijs in longitudinem ⁊ q̃dra-
ginta extenditur in latitudi-
nem. Quia ergo ſtagnum ſi-
ue mare pñs ſeculuꝫ deſignat
domin⁹ ſecus mare ſtat poſt-
q̃ꝫ vite labentis mortalitateꝫ
deuincens in ea qua paſſus ẽ
carne ſtabilitatẽ perpetue q̇e
tis adijt. Tu aũt. Capitulũ.
Omnes vnanimes in orõne
eſtote compatientes: fraterni-
tatis amatores. miſericordes
modeſti. humiles: nõ redden-
tes malum pro malo. vel ma-
ledictum ꝓ maledicto ſꝫ econ
trario benedicẽtes Deo grãs.
Deus qui diligẽtibꝰ. Colla
te bona inuiſibilia preparaſti
infunde cordibꝰ noſtris tui a-
moris affectum vt te in omĩ-
bus et ſuꝑ om̃ia diligentes ꝓ
miſſiones tuas que om̃e deſi-
derium ſuꝑant conſequamur
Per. De euangelio añ. Aſcẽ-
dens ieſus in nauim ⁊ ſedens
docebat turbas allã. Anti.
Preceptor ꝑ totam nocteꝫ la
borantes nihil cepimus ĩ ver
bo aũt tuo laxabo rhete. añа
Dixit aũt dñs Symoni noli
timere ex hoc em̃ homĩes eris
capiens. Dñica ſextra S. ma.
In illo tpe: Dix. i. d. ſuis
Amen dico vobis: niſi
abũdauerit iuſticia vr̃a pluſ-
q̃ꝫ ſcribarum et phariſeoꝝ non
intrabitis in regnum celorũ.
Et reliqua. Omelia b. aug⁹.
Que ſunt aũt iſta vt abũdet
inquit iuſticia veſtra plus q̃ꝫ
ſcribarum et phariſeorum qꝫ
niſi abũdauerit nõ intrabitiſ
in regnum celorum id ẽ niſi ñ
ſolũ illa minima legis p̃cepta
impleueritis qui inchoãt ho-
minem. ſed etiaꝫ iſta que a me
adduntur qui non veni ſolue
re legem ſed adimplere. nõ in
trabitis in regnum celorum.
Tu autẽ domĩe. Lcõ octaua
Qui ergo vult eſſe magn⁹ at
q̃ꝫ illi regno aptus debet face
re et docere ſicut chriſtus nũc
docet. id eſt vt abundet iuſti-
cia eius pluſq̃ꝫ ſcribarũ ⁊ pha
riſeorum. Juſticia phariſeorũ
eſt vt non occidant. Juſticia
vero eorum qui intraturi ſunt
in regnum dei vt non iraſcant
ſine cauſa. Tu. Lectio nona:
Minimum ergo eſt nõ occi-
dere. ⁊ qui illud ſoluerit mini
mus vocabitur in regno celo-
rum. Qui aũt illud impleue-
rit vt non occidat non conti-
nuo magnus erit ⁊ ydone⁹ re-
gno celoruꝫ ſed tamẽ aſcendit
aliquem graduꝫ. Perficietur
aũt ſi non iraſcitur ſine cauſa
Qđ ſi ꝑfecerit mlt̃o remotior
erit ab homicidio. Quaꝓpter
qui docet vt non iraſcamur ñ
ſoluit legem vt ne occidamus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN